# Landesbibliothek Oldenburg

**Digitalisierung von Drucken**


## Ioan. Andr. Danzii Medaqdēq Sive Compendivm Grammaticae Hebraeae Seivncto Chaldaismo Ad Arctiones Limites Redactvm


**Danz, Johann Andreas**



**Francofvrti, MDCCXLVIIII.**

**VD18 12109185**


Praxis Analytica Secvndvm Grammaticam Danzianam.


**urn:nbn:de:gbv:45:1-17995**

Visual Library

# PRAXIS ANALYTICA

SECVNDVM

## GRAMMATICAM DANZIANAM.

In analyſi cujuslibet vocis Hebrææ quatuor attendenda veniunt:

I. *Lectio*, a §. 1-17.

II. *Significatio* ex uſu, vel commoda Verſione cognoſcenda.

III. *Radicis inveſtigatio*, ſecundum §. 60.

IV. *Formatio*, prouti vox vel *Nomen* eſt, vel *Verbum*, vel Particula.

### ANALYSIS NOMINIS MASC.

וְלְיָמִים Gen. 1, 14.

I. *Lectio*: ubi omnes minutiæ ad vivum reſecandæ ſunt, donec incipientibus bona fide innoteſcant. Sic per

§. 1. ו ratione *Nominis* dicitur Vau, rat. *Poteſtatis* valet (v) rat. *Ordinis* notat ſex &c.

§. 2. ו ratione *Organi* eſt littera labialis: ל lingualis: י palatina: מ labialis &c.

§. 3.

§. 3. ו & י ratione *ſoni* ſunt quieſcibiles: ו ultimum actu quieſcens. membr. III, 4. β.

§. 4. ו & י ſunt invariabiles: ל rat. *Figuræ* eſt *dilatabilis*, ם ſimul *finalis*.

§. 5. Ratione *Originis* ו, ל, י, מ ſunt *ſerviles*, ו, ל, מ finale, actu ſerviunt.

§. 6. *Vocales* adſunt tres & quidem longæ.

§. 7. Hhirek & Schurek a conſonis fulcrum habent.

§. 9. Sub ל eſt (:) idque *mobile* poſt longam. II. 2.

§. 15. Hæc vox tres habet *Syllabas*, quia tres tantum adſunt veræ vocales: *prima* eſt ſimplex; *altera* itidem, ל & י propter (:) mobile conjunctim ſonant §. 6. Obſ. 1. δ. adeoque hæc Syllaba tres tantum moras habet; *tertia* eſt compoſita, quia deſinit in ſonum conſonantis.

§. 16. *Tonus* eſt in ultima, memb. II. ratio eſt, quia alias huic ſyllabæ obſtaret *Primum Principium*, §. 15. I. Obſ. 1.

II. *Significatio*: & in dies.

III. *Radicis inveſtigatio*: ubi abjectis ſec. §. 60. ſervilibus radix eſt יום, *dies*.

IV. *Formatio*; ubi quæritur: quid ſit. Nomen, Verbum, an Particula? eſt *Nomen*, & quidem *nudum*. §. 29. *ſimplex*, §. 30. Generis Maſc. ex terminatione §. 31. Plural. Num.

§. 33. Status abſoluti §. 34. ab initio cum duplici præfixo.

Quodſi ipſe formare vocem inſtituas, a ſing. יוֹם fit Plur. addendo ים. §. 33. יוֹמִים. Jam voce a fine creſcente mutantur vocales, §. 17. Caut. 5. וֹ penult. in Nominibus manet. §. 22. III. Sed יוֹם in Plur. וֹ mutat in (ָ) Obſ. 3. hinc יָמִים. Nunc addantur Præfixa, & primo quidem לְ, per §. 17. Caut. 4. β. cui ſubſcribatur (:) §. 50. Porro præfigitur וּ, quod ante litteras cum (:) ſimplici notatas Schurek recipit, §. 50. III. Obſ. 1. β.

Jam formentur alia:

יָמִים in Statu Conſtr. habet יְמֵי §. 34.

*Dies meus*, יוֹמִי, *dies mei* יָמַי §. 39. II.

*Dies tuus* יוֹמְךָ, *dies tui* יָמֶיךָ &c.

Cæterum לְ alias eſt nota Dativi, vid. *Syntax & Idiot*. §. 6. Sed hic poſt Verb. Subſt. הָיָה notat Nominativum. §. 23.

## Analysis Nominis Foem.

בָּאָרֶץ Gen. II. 5.

I. *Lectio*: ubi prætermiſſis reliquis, tantum ſeqq. not.

ץ eſt littera finalis §. 4.

ב Dageſch lene impreſſum non habet, quia cauſſa ceſſat. §. 11. I. 2.

*Syllabæ*

*Syllabæ* adſunt tres, propter totidem veras vocales, §. 15. Obſ. 3.

*Tonus* eſt in penult. propter vocalem parvam ultimæ compoſitæ, §. 16. II.

II. *Significatio:* in terra.

III. *Radix* ſec. §. 60. eſt ארץ, non quidem apud Hebræos; ſed apud Arabes uſitata, quibus idem eſt, ac *humilis*, *depreſſus fuit:* unde nomen אֶרֶץ terra.

IV. *Formatio.* Eſt Nomen *nudum*, Gen. Fœm. §. 31. II. Except 1. β. Singul. num. Status abſol. propter ה articuli, vid. *Syntax. & Idiot.* §. 13. Quodſi per §. 38. ה præfixeris, emergit הַאֶרֶץ. Sed Gutturalis reſpuit Dageſch F. quod compenſatur per ( ָ ) §. 20. ( ֶ ) ſub א ante Gutturalem Kametſatam itidem mutatur in ( ָ ) §. 26. XII. hinc הָאָרֶץ. Jam præfigatur ב cum (:) §. 50. propter quod ה per Syncopen eliditur, §. 56. ב loco (:) accipit ( ָ ) §. 17. caut. 2.

In *plurali* habet אֲרָצוֹת per §. 21. 22. 25.

In *Statu Conſtr.* אַרְצוֹת pro אֲרְצוֹת §. 24. II.

*Terra mea*, אַרְצִי, *terræ meæ* אַרְצוֹתַי &c.

Ana-

## ANALYSIS VERBI PERFECTI.

וְלְהַבְדִּיל Gen. I. 18.

I. *Lectio.* Hæc vox non incipit a vocali, §. 15. Obſ. 2. Sed a *Vau*, quod Schurek recipit §. 50. Punctum vocale ſub ל eſt (:) mobile poſt longam, §. 9. Sub ב eſt (:) quieſcens poſt parvam. ד habet Dageſch lene, poſt (:) quieſc. §. 11. l. 2. *Syllabæ* adſunt tres, prima ſimplex, duæ poſteriores compoſitæ, §. 15. media tres tantum mores habet, §. 6. Obſ. 1. δ. *Tonus* eſt in ultima, §. 16. II.

II. *Significatio*: ad diſcrimen conſtituendum.

III. *Radix* ſec. §. 60. eſt בדל *ſeparavit, diſtinxit, diſcrevit.* Eadem ſignificatio obtinet in *Hiphil.* vid. *Syntax. & Idiot.* §. 20. Obſ. 1.

IV. *Formatio:* eſt Verbum & quidem perfect. §. 40. Conjugat. Hiphil, §. 59. II. 1. γ. Temporis indefiniti. Ad formam הַקְטִיל dico הַבְדִּיל nunc adduntur præfixa, & primo quidem ל, §. 17. Caut. 4. β. per (:) §. 50. deinde ו, quod loco (:) Schurek recipit, §. 50. III. Obſ. 1. De ſignificatione Partic. ל vid. *Syntax. & Idiot.* §. 48.

Poterit jam exercitii gratia quæri, quomodo hoc verbum habeat in *Kal*, *Niphal*, *Piel* &c. horumque *Infinitivis* & *Participiis*. Porro evoluto Paradigmate, הִבְדִּיל per Præteriti, Futuri

turi ac Imperativi perſonas, genera & nume-
ros flectatur. Participium habet מַבְדִּיל, Quid
ergo ſignificat: *diſtinguens me?* reſp. מַבְדִּילִי, to-
nus eſt in ultima, §. 16. I. Obſ. 1. β. non enim
eſt afformativum in Hiphil, ſed Suffixum. *Di-
ſtinguens fœm.* מַבְדִּילָה, tonus eſt in penult.
§. 16. I. Obſ. 2. γ. *diſtinguens me fœm.* מַבְדִּלְתִּי
per §. 39. I. 2 & ſic in reliquis.

## Analysis Verbi Gutturalis.

—יַעֲזָב־ Gen. II. 24.

I. *Lectio.* Sub ע eſt Punctum vocale, §. 9. III.
In ultima Syllaba (ָ) legendum ut (o) §. 8. I.
tono propter Makkeph ablato, §. 14. Vox
hæc duas habet ſyllabas §. 15. Prima per Me-
tegh adſtrictum ſeu primarium ſuffulta eſt,
ad tertiam moram ſupplendam §. 13 I. 2. *To-
nus* eſt in penult. unde vox dicitur *Millel.*
§. 16.

II. *Significatio*: deſeret, derelinquet.

III. *Radix* eſt עזב *deſeruit.* §. 60.

IV. *Formatio*: eſt Verbum *perfectum*, §. 40.
Conjug. *Kal*, §. 59. III. num. 3. Futuri
temp. 3. Perſonæ, Singular. num. Generis
maſc. Ad formam יִקְטוֹל dicendum eſſet
יִעֲזוֹב, ſed (:) ſimplex ſub Gutturali, adſo-
ciat ſibi (ֲ) & ſimul pro (.) ſubſtituit (ַ) § 25.
II.

Landesbibliothek Oldenburg

II. 2. α א. ſic יַעֲזוֹב. Nunc accedente lin. Makk. vocalis longa Hholem, mutatur in cognatam brevem, §. 18. I. 1.

עָזַב in *Niphal* נֶעֱזַב in *Piel* עִזֵּב, in Hiphil הֶעֱזִיב. Porro quid ſignif. *deſeret me* reſp. יַעַזְבֵנִי §. 39. IV. Coll. 24. II. 1. ב non accipit Dageſch lene, §. 11. I. num. 3 Obſ. 4. *Deſerent te* יַעַזְבוּךָ §. 39. IV. Obſ. 3. Nunc evoluto Paradigmate, legatur Verbum per omnia tempora Conj. *Kal.*

## Analysis Verborum quorundam Imperfectorum.

### וַיָּשֶׂם Gen. IV. 15.

I. *Lectio.* ם eſt littera *finalis* & ſimul *dilatab.* §. 4. In י eſt Dageſch F. quia præcedit vera vocalis §. 11. in not. (g) Syllabæ adſunt tres §. 15. *Tonus* eſt in penultima, §. 16. II. & vox dicitur *Millel.*

II. *Significatio:* & poſuit.

III. *Radix* ſecundum §. 60. III. num. 2. (α) eſt שׂוּם *ponere, imponere, diſponere, Statuere.* Vicem radicis in Verbis Quieſc. Ajin ſupplet Infinitivus. §. 41. I. 1. (α)

IV. *Formatio.* Eſt Verbum Imperf. *Quieſcens* Ajin, §. 43. Conjug. *Hiphil*, §. 59. II. num. 3. β. Futuri temporis, 3. Perſ. Singul. num. Generis Maſc. ad formam regularem יַשְׂוִים

pro

pro (ֵ) tamen (..) adhibetur §. 26. III. 1. Sed per §. 47. ו abjicitur, & ejus vocalis retrahitur, §. 17. Caut. 2. Simul præformativi vocalis brevis in analogam longam mutatur, §. 47. I. num. 3. Habes ergo יָשֵׂם. Nunc addatur Præformat. Futuri per (-) ſequ. dageſch F. §. 50. Obſ. 3. & quia penultima eſt ſimplex, tonus retrahitur, ibid. (β) quo retracto (..) tranſit in (∵) §. 18. Jam evolvatur Paradigma Verbi Imperf. קוּם & ad ejus ductum per omnia tempora flectatur שׂוּם. Vix enim commodius, quam crebrius legendo, Verba Imperfecta memoriæ imprimuntur.

וַיְכַל Gen. II 2.

I. *Lectio.* Punctum vocale ſub (י) eſt (:) mobile, quia eſt ſub littera fortiter dageſchanda §. 9. I. 4. Syllabæ adſunt duæ: *Tonus* eſt in ultima, §. 16. II. Obſ. num. 7.

II. *Significatio*: & abſolverat, ſ. cum abſolviſſet.

III. *Radix* ſecundum §. 60. III. num. 6. (α) eſt כלה, *abſolvit*, *conſummavit*.

IV. *Formatio*: eſt verbum Imperf. ל״ה, Conjug. *Piel*, §. 59. II. 2. γ. *Fut.* temp. 3. Perſ. ſing. num. Generis Maſc. ad formam regularem יְכַלֶּה Sed (..) in Fut. mutatur in (∵) §. 48.

§. 48. I. 2. addatur Præformativum Fut י per ( ַ ) ſequ. Dag. F. §. 50. Dageſch autem ex litteris ſchevatis ſæpe excidit, §. 11 II. Obſ. 1. Jam per *Apocopen* ה abjicitur cum puncto & Dageſch prævio, §. 57. II. 1. Flectatur ſecundum Paradigma Verbi גָּלָה.

וַיִּוָּלֵד Gen. IV. 17.

I. *Lectio.* י & ו habent Dageſch F. quia utrinque præcedit vera vocalis, §. 11. in notis ſub litt. (g) Syllabæ adſunt quatuor. §. 15. Tonus eſt in ultima, §. 16. II.

II. *Significatio*: & natus eſt.

III. *Radix*, per §. 60. III. 1. (α) eſt ילח, *genuit, peperit.*

IV. *Formatio*: eſt Verb. Imperf. פ״י Conjug *Niphal*, §. 59. II. num. 2. δ. Futuri temp. 3. Perſ. Sing. Num. Generis Maſc. ad formam. reg. יִיָּלֵד Sed per §. 46. m. III. prima (י) mutatur in ו mobile dageſchandum. Addatur Præform. Fut. per §. 50. Flectatur ſecundum Paradigma Verbi יָשַׁב.

צִוִּיתִיךָ Gen. III. 11.

I. *Lectio*: ך eſt littera *Finalis*, §. 4. (י) utrinque quieſcit §. 3. II. 4. (β) Litteræ ו Impreſſum eſt Dag. F. Characteriſt. §. 11. II. Syllabæ

labæ adſunt quatuor §. 15. *Tonus* eſt in penultima §. 16. I.

II. *Significatio*: Præcepi tibi.

III. *Radix* per §. 60. II. 2. β. eſt צוה uſitata in *Piel* צִוָּה, *præcepit*, *mandavit*, *juſſit*.

IV. *Formatio*: eſt verbum Imperf. ל"ה non tamen dupliciter Imperf. §. 43. 2. Obſ. 1. γ. Conjug. *Piel*, §. 59. I. 1. Præter. temp. 1. Perſon. Sing. Num. Gen. Commun. in fine cum Suffixo. Ad formam regul. צִוַּהְתִּי Sed per §. 48. II. nr. 2. ה mutatur in (י) quod quieſcit in (..) §. 3. II. Obſ. 3. ſic צִוֵּיתִי hoc (..) autem per euphoniam alternat cum (ִי) §. 26. III. 2. γ. Nunc addatur Suffixum ſingularium Nominum ךָ, §. 39. IV. Obſ. 3. Flectatur per omnia Tempora Conj. *Piel.*

## Analysis Particulae cum Suffixo.

אֹתָם Gen. I. 17.

I. *Lectio.* Hæc vox duas habet Syllabas: Hholem fulcro caret §. 7. Tonus eſt in ultima §. 16. II.

II. *Significatio*: illos.

III. *Radix* in Lexico occurrens eſt אֵת nota Accuſativi, vid. *Synt. & Idiot.* §. IV.

N alias-

alias quoque Præpoſitiones *cum*, *apud* exprimit.

IV. *Formatio*: eſt particula, cum Suffixo plurali ſingularium Nominum, more Particularum, §. 39. III. Dicendum eſſet אֵתָּם Vox in fine creſcit, ergo mutantur vocales §. 17. Caut. 5. (..) in Partic monoſyllab. maneret, §. 22. II. 2. niſi aliud exigeret §. 39. III. Obſ. 3. β. Per eundem §. dixeris אֹתִי *me*, אֹתְךָ *te*, אֹתוֹ *eum*, אֹתָנוּ *nos*, אֶתְכֶם *vos*, אִתִּי *mecum*, אִתּוֹ *cum eo*, coll. §. 18. l. 2.

## TANTVM SPECIMINIS CAVSA DE PRAXI ANALYTICA.

TABEL-

# TABELLARIS
## ANALYSEOS CONSPECTVS.

AD

ANALYSIN VOCVM HEBRAEAM REQVIRVNTVR

I. *Generatim* in quavis orationis parte
- 1. *Lectio*, quo pertinent
  - A. *Pronunciatio*, ubi attendantur
    - a. *Conſonantes* earumque
      - α. *Figura* & *variabilitas*,
      - β. *Nomen*,
      - γ. *Poteſtas* & *affectio* qua ſunt vel *mobiles* vel *quieſcibiles*.
      - δ. *Ordo*
      - ε. *Origo*, juxta quam vel ratione *formationis* ad *organa* referuntur vel *radicales* aut *ſerviles* ſunt
    - b. *Puncta*
      - α. *Vocalia* tam *propria*, quam *impropria*
      - β. *Diacritica*, *Dageſch*, *Mappik*.cet.

 B. *Syl-*

Landesbibliothek Oldenburg